Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8342
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



montem et elevabitur super
colles et fluent ad eum omnes
gentes et ibunt populi multi
et dicent Venite ascendamus ad montem domini et ad domum
dei iacob et docebit
nos vias suas et ambu
labimus in semitis eius quia
de sion exibit lex et verbum domini de hierusalem Et iudi
cabit gentes et arguet po
pulos multos et conflabunt
gladios suos in vomeres
et lanceas suas in falces.
Non levabit gens contra
gentem gladium nec exerce
bunt ultra ad pugnam Domus
iacob venite et ambule
mus in lumine domini dei nostri Tractus Tollite portas principes
vestras et elevamini porte et
nales et introibit rex glorie ℣
Quis ascendet in montem domini
aut quis stabit in loco sancto
eius innocens manibus et mundo
corde Collecta Festina quesumus
domine ne tradaneis et a
inimicis nostris superne vtin
ns impedire ut adiuentus
tui consolationibus sublevet
et qui in tua pietate
confidit Eccle vi Isaie
In diebus illis Locutus est
iterum dominus ad achas dicens pete
tibi signum a domino deo tuo superhidum
in profundum sive in excelsum super
Et dixit Achas non petam
et non tentabo dominum Et
dixit audite ergo domus
David Numquid parum vobis
est molestos esse hominibus
quia molesti estis et deo
meo Propter hoc dabit dominus
ipse vobis signum Ecce virgo
concipiet et pariet filium
et vocabitur nomen eius e
manuel Butyrum et mel
comedet ut sciat reprobare
malum et eligere bonum Gradualis
Prope est dominus omnibus invocantibus eum omnibus qui invocant
eum in veritate ℣ laude domini
loquetur os meum et benedicat
omnis caro nomen sanctum eius.
Sequentia secundum lucam
Missus est angelus gabri